



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

381. Ut turpia cantica plebibus prohibeantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

*Ephes. 3.* que genua terræ figat. Ait enim Apostolus:  
*Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Jesu Christi.*

Ut turpia cantica plebibus prohibeantur.  
*Ex Concilio Arelatensi.*

*Concil. 3. Tolet. c. 13.*

CCCLXXXI. Exterminanda omnino est inreligiosa consuetudo, quam vulgus per sanctorum sollempnitates agere consuevit, ut populi, qui debent officia divina adtendere, saltationibus & turpibus invigilent canticis, non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officiis perstreptentes. Hoc etenim ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum & iudicum à sancto Concilio curæ committitur.

Ne super mortuorum cadaveribus carmina diabolica nocturnis horis cantentur.

*Vnde supra.*

*Burchard. lib. 10 c. 34.*

CCCLXXXII. Laici qui excubias funeris observant, cum timore & tremore & reverentia hoc faciant. Nullus ibi præsumat diabolica carmina cantare, non joca & saltationes facere, quæ pagani diabolo docente adinvenerunt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solum à religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi cantari, lætari, inebriari, & cachinnis ora dissolvi, & omni pietate & affectu caritatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, ubi luctus & planctus flebilibus vocibus debuerat resonare pro amissione cari fratris? Patres siquidem veteris ac novi testamenti mortes sanctorum virorum legimus multis

*Vide lib. 6. Capitular. c. 193. 194. & Concil. Tolet. 3. c. 22.*